

TRACTATUS I. PARTIS COMMUNIS.

Caput II. De Genere,

De GENERE II. not.

I. Quid sit? R. Γένος ἐστὶ τὸ κτλ πλείονων καὶ διαφερόντων εἶδει ἐν τῷ τί ἐστὶ κατηγορούμενον. 1. Top. c. 5. GENUS est, quod de pluribus & differentibus specie in quaestione quid est praedicatur: ut animal est Genus respectu hominis & bruti. (Differre specie 1. Metaph. c. 1. dicuntur ea, quae sub eodem genere diversas habent definitiones. In quaestione quid est illud praedicatur, quo apte respondetur quaerenti, quid sit res v. g. animal praedicatur de homine in quaestione quid est, quaerenti enim quid est homo? respondetur est animal.)

GENERALISSIMUM seu SUMMUM, Γένος γενικώτατόν ἐστιν ὑπὲρ ὃ ἐν αὐτῷ εἶν ἄλλο ἐπαναβεβηκός γένος, Porphy. in Isag. c. 3. Genus generalissimum est, supra quod non est aliud Genus superius. Huiusmodi genera sunt decem: Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio, Quando, Ubi, Situs, Habitus.

II. Quotuplex sit? R. GENUS est vel

SUBALTERNUM. Γένος ὑπάλληλόν ἐστιν ὁ γένος καὶ εἶδος ἐστὶ πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο λαμβανόμενον. Genus subalternum est, quod genus & species est aliud atque aliud relatum. Genus est respectu inferiorum: ut animal respectu hominis; Species verò est respectu superiorum: ut animal respectu corporis. Vide Lineam praedicam. p. seq.

Caput II. De Specie.

De SPECIE II. not.

I. Quid sit? R. εἶδος ἐστὶ τὸ κτλ πλείονων καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν τῷ τί ἐστὶ κατηγορούμενον. Porphy. cap. 3. SPECIES est, quae de pluribus & differentibus numero in quaestione quid est, praedicatur. Id est, Species est, quae dicitur tantum de differentibus numero tantum: ut homo respectu Iohannis, Petri, &c. (Differentia numero & non specie, dicuntur differentia numero tantum, ut sunt individua unius speciei, v. g. Iohannes & Petrus. Additur etiam particula exclusiva tantum ad verbum dicitur, ut excludatur genus comparatum ad individua ejus Speciei, v. g. animal dicitur quidem de differentibus tantum numero, sc. Iohanne & Petro, sed non tantum dicitur de illis, cum etiam praedicetur de differentibus specie se. homine & bruto.)

SUBIICIBILIS, quae respectum habet ad Genus. εἶδος ἐστὶ τὸ ταυτόσημοι ὑποτόσημοι, καὶ ἑτόσημοι ἐν τῷ τί ἐστὶ κατηγορούμεται. Species est, quae collocatur sub Genere, & cui Genus attribuitur in quaestione quid est: ut homo respectu animalis.

1. vel

PRÆDICABILIS, quae respectum habet ad individua, de quibus tantum praedicatur: ut homo respectu Petri, Pauli, &c.

II. Quotuplex sit? R. SPECIES est

2. vel

SPECIALISSIMA seu INFIMA. εἶδος ἐστὶ εἰδικώτατόν ἐστιν ὃ ἐκ ἀίδηλοισι μεθεῖς εἶδης. Species specialissima est quae alias in Species dividi nequit: ut homo.

SUBALTERNA, quae idem est quod Genus subalternum; animal est Genus respectu inferiorum, est verò Species respectu superiorum.